



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Annus Cisterciensis**

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta  
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs  
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

**Meglinder, Joseph**

**[S.I.], Anno MDCLXXXIII.**

18. Novembris. 14. Cal. Decemb.


**urn:nbn:de:hbz:466:1-45314**

396 ANNI CISTERCIENS.

verandi propositum renovâsti. Varijs  
hamis instructus est piscator ille nequissi-  
mus, quos plerumque obtegere solet com-  
moditatibus corporis, atque ita miserè se-  
ductos in socordiam ac ultimam pernici-  
em præcipitare. Tu me doce has illius fal-  
lacias per vigili diligentia vitare.

S. B E R R A R D U S, ser. 1. in Pasch.

A luctu Vos ergo, charissimi, ita in novitate vi-  
transi-  
tur ad te ambuletis, ut à seculari latitia &  
gaudiū. consolatione mundi per compunctionem & tristitiam, quæ secundum De-  
um est, ad devotionem sanctam, &  
spiritualem vos transire gaudeatis  
exultationem.



18. Novembris. 14. Cal. Decemb.

Floruit  
anno  
1150.

B R I C H A R D E, monasterii Fonta-  
nensis Abbas in Anglia, nobilis  
propago nobilissimi Parentis BER-  
NARDI: cuius è disciplina prodiens,  
stylo, eloquentia, & prodigiis penè  
Magistrum æquavisti. Innumera intu-  
ctor virtutum exempla in fametissimo Pa-  
rente Bernardo: tu ejus studiofissimè emu-  
tator me excita, ut saltem unam ex ipsis co-  
ner imitari.

B. A N I A N E Converso Eberbacen-  
sis: qui

sis: qui cùm à D E O ob egregiam san- *Floruit*  
 ctimoniam potestate donatus es- *anno*  
 trandi miracula, solóque Crucis signo <sup>1207</sup>  
 proscriberes ab infirmis languores; po-  
 puli accusum Regulari silentio & qui- *Prohi-*  
 eti infestum cernens Abbas, sub Obe- *betur*  
 dientia tibi præcepit, ut nemini ultrà *patrare*  
 manum imponas. Quod præceptum *mira-*  
 tam æquo animo adimplevisti, ut po- *cula.*  
 tiùs summopere tibi fueris gratulatus,  
 quòd humilitas in latebris securius  
 conservaretur. Lydius lapis virtutum  
 est humilitas, argenteam veritatem à  
 plumbō hypocrisis discernens. Doce me  
 huic Deo & hominibus gratissimae virtuti  
 sinceram operam dare, ut semper magis  
 desiderem & gaudem contemni, quam  
 laudari.

S. BERNARDUS, ser. 2. de Purific.

Humilitatis virtus maxima, maxi- *Humili-*  
 méque necessaria est, ut honore præve- *itas est*  
 niamus invicem: nec modò priores, maxi- *virtus*  
 sed & ipsos juniores sibi quisq; præ- *ma.*  
 ponat: que nimirum humilitatis per-  
 fectio est, & justitiae plenitudo.

